

§. II.

Valentia Testamenti Nuncupativum per relationem ad Schedam?

103 Duplex hic quaestio later. Prima est, utrum valeat Testamentum Nuncupativum, si testator coram testibus dicat: *hunc instituo heredem, quem scripsi in scheda, in mea cista, vel apud Sempronium deposita?* Secunda est: utrum valeat, si Testator schedam in manibus teneat, & dicat: *ille sit haeres meus, qui scriptus est in praesenti scheda?*

104 Ad primam quaestionem contra Clarum §. Testamentum q. 4. §. sed pone Georgium Everhardum vol. 2. conf. 43. n. 5. & 6. Ludwell de Illi. Volunt. p. 2. cap. 1. pag. 190. Zöellium ad tit. ff. qui testam. fac. p. 44. cum Manz d. q. 2. n. 16. Brunni ad l. haeres palam 21. ff. qui test. fac. p. 3. Gletle d. p. 1. cap. 2. §. 2. à num. 4. negativè concludo.

105 Ratio praecipua deducitur ex cit. l. palam 21. in pr. l. hac consultissima 21. §. 2. l. jubemus 29. Cod. de Testam. ubi discretè pronuntiatur, haereditis nomen in praesentia testium sic declarandum & propalandum esse, ut testibus ex ipsa nuncupatione innotescat. At, si fiat relatio ad schedam, apud tertium depositam, haereditis nomen ex ipsa nuncupatione testibus haud innotescit. Ergo &c. Accedit, quòd ibidem indigetetur substantialis differentia Testamenti Scripti & Nuncupativi, quòd in hoc nomen haereditis debeat testibus immediatè innoscere; in illo sufficiat, nomen haereditis in scriptura expressum fuisse. Sed, si haeres solum innosceret per relationem ad schedam, non differret Testamentum Scriptum à Nuncupativo: nam etiam ad Schedam, dum testator dicit, quòd illum haeredem instituat, quem scripsit in Testamento. Ergo &c.

107 Unde in vanum adducitur l. esse 77. ff. de Haered. instituend. ubi statuitur, haereditis insti-

tutionem ad codicillum referri posse. Nam ibi quaestio vertebatur non de Nuncupativo, sed Scripto Testamento, in quo, cum haeres testibus immediatè non debeat promulgari, nil obest, si scribatur haeres, qui fuerit nominatus in codicillo.

Male quoque opponitur, nihil interesse, quòd haereditis institutionem, an nomen illius exprimat, an aliò signò indubitabili demonstretur l. quoties 9. §. 8. ff. d. s. Hoc namque pro varietate Testamenti variè est exaudiendum, ut nempe, si Testamentum sit Scriptum, nil interfit, quomòdòcunque nomen haereditis manifestetur; at in Nuncupativo non quidem necesse sit, specificum haereditis nomen explicare, tali nihilominus signò demonstrari debeat, quatenus immediatè testibus ex nuncupatione testatoris innoscere valeat.

Ad alteram quaestionem rursus cum cit. 109 D. Gletle num. 7. contra Clarum, Ludwell, & alios teneo negativam. Ratio est eadem, quae prius erat assignata. Nam haeres tam parum ex nuncupatione testatoris immediatè promulgatur testibus, quando testator dicit: *ille sit haeres meus, qui scriptus est in praesenti scheda;* quam parum promulgatur, dum relatio fit ad schedam, apud tertium vel in cista depositam. Quare non magis in illo quam isto casu Testamentum in vim Nuncupativi valere potest. Certè res plenissima periculi foret, illum pro haerede agnoscere, de quo testes non possent certum praebere testimonium. Sed de haerede, cujus nomen testes aliter non sciunt, quam ex relatione ad schedam, non possunt certum praebere Testimonium: quia facillimè scheda illa alterari, transponi, supprimi, vel immutari potest. Ergo &c.

§. III.

An Testamentum Scriptum, si ut tale nequeat valere, possit valere in vim Nuncupativum?

111 Quotidiana & practica est controversia: utrum, si testator inceperit facere Testamentum Scriptum; nec tamen consummare potuerit, fortè quòd mortuus sit, antequàm testes signaverint, aut subscriperint; Testamentum valeat ut Nuncupativum; quando testator ante mortem haeredem jam nuncupavit? Item, an, si Testamentum Scriptum jam fuerit absolutum, sed tamen ob defectum aliquem, v. g. omisam subscriptionem aut sigillationem &c. invalidum, possit valere ut Nuncupativum, quando solennitatis habet, ad Nuncupativum requisitas, puta nuncupationem haereditis coram 7. testibus qualificatis & rogatis? Ubi

113 Pro certo mihi persuadeo, DD. omnes non invitòs in affirmativam inclinare, quan-

do Testamentum Scriptum annexam habet clausulam, ut valeat omni meliori modo: tunc enim plana videtur mens testatoris, quòd cum valere non possit in scriptis, valeat saltem in nuncupatione. Schambogen de Test. p. 2. q. 17. pag. m. 164. Imò etiam, omisà hanc clausulam, nullus ambigo, quin plerique in eandem affirmativam jurent, quando testator non expressit, velitne testari in scriptis, vel nuncupativè: praesumitur enim prudentissimè, quòd, cum voluerit testari validè, voluerit condere Testamentum, quòd valere potest. Schambogen d. l. p. 375. At, si testator expressè dixerit, se velle Testamentum Scriptum condere, nec tamen ritè perfecerit, nonnulli cum Ludwell de ultim. Volunt. p. 2. cap. 1. pag. m. 189. desectunt in sententiam

tiam negativam, & contendunt, Testamentum illud, ut Nuncupativum, valere non posse: èd quòd deficiat voluntas testatoris, non scriptò, sed nuncupativè testari volentis: sicut, quando testator non addidit clausulam codicillarem, defecere censetur illius voluntas, ac Testamentum, ob defectum quandam invalidum, non valet in vim codicilli juxta l. ult. §. 1. Cod. de Codicill.

115 Majori tamen auctoritate & ratione nititur opinio affirmativa, quam fovent Menoch. lib. 4. praesump. 2. n. 16. Perez. in Cod. ad tit. de Testam. n. 19. Harpprecht ad §. ult. Inst. de Test. ord. n. 7. Schambogen cit. loc. Gletle d. cap. 2. §. 2. n. 9. & seqq. Ratio palmaris est: quia, qui Testamentum in scriptis vult condere, non eligit Testamentum Scriptum ex alio fine, quàm ut testatus decedat, & haeres scriptus haereditatem capiat. Ergo vult implicite, ut, si Testamentum non possit valere in vim Scripti, valeat in vim Nuncupativi: cum in effectu non differat unum ab altero, sed haeres ex utroque capiat aequaliter hereditatem. Confirmatur fortiter ex l. si miles 3. ff. de Testam. milit. ubi de milite dicitur, quòd, si voluerit ordinare Testamentum commune, sed, antequàm finierit, defecerit, illud valet in vim Testamenti militaris: nec enim, ut dicitur J. C. C. *credendus est quisquam, genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia; sed magis utroque genere voluisse propter fortuitos casus.* Sed etiam, qui Testamentum Scriptum vult ordinare, non est credendus genus testandi in scriptis eligere

ad impugnanda sua iudicia, sed magis utroque genere voluisse testari. Ergo &c.

Pareat igitur responso ad rationem contrariam: quia intentio testandi in scriptis fuit solummodo secundaria; primaria verò intentio testatoris erat, decedere testatum, cum institutione scripti haereditis: hinc explicite quidem voluit Testamentum in scriptis, implicite tamen voluit Testamentum Nuncupativum, quòd aequè facit, ut testator cum institutione ejusdem haereditis testatus decedat. Ad instantiam ex l. ult. §. 1. Cod. 119 de Codicill. Resp. Testamentum & codicillum specificè & effectivè distingui: cum in Testamento designetur haeres; in codicillo res deveniat ad causam ab intestato. At Testamentum Scriptum & Nuncupativum non differunt specificè & effectivè: quia haeres nominatus in utroque pari modo succedit. Ergo, qui Testamentum voluit condere, non praesumitur, hòc ipso voluisse codicillum formare: licet, qui Testamentum Scriptum voluit ordinare, Nuncupativum etiam ordinare voluisse praesumatur.

Quæres pro coronide: quid dicendum sit, de Testamento caeci?

Resp. caecos non posse Testamentum Scriptum conficere, sed Nuncupativum; sic quidem, ut haeredem nuncupare, ac vel tabularium seu Notarium, vel octavum testem adhibere debeant, qui supremum elogium in scripturam redigat. Textus in l. hac consultissima 21. Cod. qui Testam. fac. Gletle d. p. 1. cap. 4. §. 1. à num. 5.

CAPUT III.

De Testamento Insolentium.

Testamentum Insolentium est ultima Voluntas, quae à Solennitatibus, Jure Civili praescriptis, est immunis. Habet sub se plures species, quas omnes eò, quòd occurrent, ordine dispiciam, initium facturus de Testamento ad Pias Causas.

SECTIO I.

De Testamento ad Pias Causas.

SUMMARIA.

1. & 2. Describitur Testamentum Pium. 3. & 4. Quòd relinquatur divitiis sine obligatione operis sacri, non censetur ad Pias Causas relictum.
5. Solvitur infamia. 6. Relictum contra quosdam pauperes, reputatur pium. 7. Retunditur objectio. 8. Hospitale est Causa Pia. 9. Item Dos, puella inopi relicta. 10. & seqq. Item studia sacra, & quae ordinantur ad illa.
13. Qui est dominus rerum suarum, & testan-

di facultatem habet à natura, potest ad Pias Causas testari. 14. & seqq. Roboratur & stabilitur assertum. 21. & seqq. Ponnatur, & proficiantur opposita. 37. Corollarium. 38. & seqq. Designatur haeres in Testamento Pio. 41. & seqq. Quando Causa Pia & profana simul in Testamento imperfecto instituitur, portio profana accrescit pia. 45. & seqq. Notatur objectum Testamenti Pii. 49. Necessaria est

est heredis institutio. 50. Quicumque verborum tenore facta. 51. Et in ratione voluntatis perfecta. 52. & seqq. Nulla plane solemnitas

nullaue testis desideratur. 55. & seq. Etiam in terris Imperii. 57. Indicatur effectus Testamenti Pii. 58. & seqq. Subnectuntur contraria.

§. I.

Quid sit Testamentum ad Pias Causas?

- 1 **T**estamentum ad Pias Causas est ultima voluntas, qua heres instituitur Causa Pia; seu, quod heres ex motivo aliquo pio seu supernaturali instituitur.
- 2 Per Causam Piam igitur non intelligimus quamcumque Causam favorabilem, p. out sumitur in *l. contra voluntatem* 7. *Cod. de Testam. manumiss.* Sed intelligimus potius Causam motivam supernaturalem, quae scilicet respicit honorem DEI, cultum Sanctorum, sublevationem pauperum, redemptionem captivorum, remissionem peccatorum, bonum & salutem animae &c. *arg. cap. requisivisti 15. de Testam. Franciscus à Mostazo in insigni tract. de Causis Pii lib. 1. cap. 1. num. 6. & seqq. D. Gletle p. 5. Pandect. q. 8. n. 22. Clariss. D. Johannes Sigismundus Stapf de Testam. non-solennib. cap. 3. §. 1.*
- 3 Quandoque tamen non satis liquet, si sine Causa Pia vel profana; sicque nascitur, an Testamentum censeatur Pium aut profanum. Dubitatur enim *l. sine Causa Pia*, quando hereditas relinquatur diviti propter amorem DEI vel salutem animae? Ubi
- 4 Resp. id colligendum esse ex verbis & circumstantiis. Si enim testator dispositioni suae adiciat modum aut conditionem, haeredemque divitem gravet, ut opus aliquid pium faciat, v.g. Ecclesiam aedificet, aut lacra perfolvi curet ad salutem testatoris, censeatur haereditas ad Causam Piam, seu ex Causa Pia relicta ex *num. 2.* Si nullam conditionem aut modum adjecerit, dispositio merè profana est. Franciscus à Mostazo *d. l. n. 14. & 2. seqq. Clariss. D. Stapf d. §. 1. inf.*
- 5 Dices: quod relinquatur Ecclesiae diviti ad honorem DEI, pium est. Ergo etiam quod relinquatur diviti Laico ob amorem DEI, pium est.
- 6 Dubitatur II. an, si consanguineo pauperi quidpiam relinquatur jure Testamenti, censeatur ad Causam Piam relictum esse?
- 7 Nec officit *cap. requisivisti 15. de Testam.*

ubi decernitur, quod, si Episcopo aliquid à consanguineo relinquatur, id potius contemplatione Episcopi, quam intuitu Ecclesiae relictum esse reputetur.

Resp. enim, cum Episcopus sit persona, ab Ecclesia, cujus est caput, distincta, id, quod relinquatur à consanguineo, censeatur ex consideratione propinquitatis Episcopo, si paupertate non prematur, assignatum esse. Sed, dum aliquid relinquatur pauperi & consanguineo, concurrunt duplex motivum in eadem persona; sicque motivum paupertatis non creditur exclusum.

Dubitatur III. an, si Hospitali obveniat haereditas, reputetur ad Causam Piam devenerit?

Resp. affirmative, sive Hospitalis sit creatum auctoritate Ecclesiastica, sive non, dummodo opera pia, v.g. sustentatio pauperum, receptio peregrinorum, cura infirmorum &c. ibidem exercentur. à Mostazo *d. l. n. 33.* Ratio est: quia propter opera pia, quae in Hospitalio exercentur, testator ad relinquendam haereditatem commotus praesumitur.

Dubitatur IV. si sine destinatum Causae Piae, quod dotis nomine relinquatur puellae?

Resp. rursus cum affirmatione, si puella sit pauper, & testator ad dotem constituendam aliunde non sit obligatus. Idem Author *cap. 2. n. 6. & seqq.* Ratio est: quia, dum puella indotata saepe non possunt honestum invenire Matrimonium, saepius exponuntur discrimini pudicitiae: ideoque sanctum & pium aestimatur opus, exemplò D. Nicolai puellae pauperi dotem assignare.

Dubitatur V. respiciatne Causam Piam, quod studiorum causa relinquatur?

Cit. Author *d. cap. 2. n. 21. & seqq.* distinguit inter scientias: vel enim aliquid relinquatur ad studium scientiae sacrae, qualis est Theologia & Jus Canonicum; vel ad studium scientiae profanae, qualis est Jus Civile, Medicina, Philosophia, Mathesis &c. Relictum ad studium prioris generis creditur respicere Causam Piam: utpote cum principaliter ordinetur ad bonum spirituale regiminis Ecclesiastici, per sacras scientias promovendum. Relictum ad studium posterioris generis censeatur respicere causam profanam, videlicet conservationem Reipublicae politicae; nisi testator ejusmodi studium, ex se profanum aut indifferens, ordinasset ad scientiam sacram; sicuti Scholae humaniores & Philosophia scientiis sacris praemittit, quin & Jus Civile Canonico, ad facilitiorem & solidiorem intelligentiam, conjungi solent.

§. II.

§. II.

Quis possit ad Pias Causas testari.

Regulam hic pono, quod possint ad Pias Causas testari, quicumque dominium bonorum suorum, & liberam testandi facultatem à Jure Naturali obtinent, tametsi à Jure Civili ex speciali quadam prohibitione nequeant ad causas profanas testari. Ita Riccius in *praxi aurea p. 4. resol. 89.* Engel ad *h. t. n. 4.* à Mostazo *d. lib. 1. cap. 5. n. 6.* Reiffenstuel *h. t. n. 321.* ac novissimè Clariss. D. Stapf de *Testam. non-solenn. cap. 3. §. 5.* & alii apud hos, contra multos. Rationem hujus regulae desumo *l. ex l. habeat 1. Cod. de SS. Eccles.* ubi Constantinus Imperator, *habeat, ait, unusquisque licentiam, Sanctissimo, Catholico, Venerabilique Concilio* (hoc est, loco, seu templo, ut exponit Gothofred. in *not. ibid. l. g.*) relinquere, & non sint causa iudicia ejus.

Nec placet *l. quod aliqui ly unusquisque* restringant ad personas habiles; nisi habilitatem naturalem intelligant: nam *ly unusquisque* est terminus generalissimus, ac largissimam habet interpretationem per textum in *l. hoc articulo 29. ff. de Haer. insti.* praepriis in materia favorabili & privilegiata, qualis secundum omnes est dispositio ad Causas Pias.

Nec placet *l. quod alii* respondeant, in *cit. l. habeat* solummodo privilegium esse datum, ad Causas Pias disponendi. Nam datum est privilegium, sed *unusquisque* & omnibus, quibus est facultas testandi Jure Naturali concessa: haec enim Summi Principis mens fuit, cujus verba non restringenda, sed latissime sunt extendenda: cum in nullius praedictum, & summum animae fervorem tendant.

Rationem desumo *II. ex cap. relatum 11. de Testam.* ubi Alexander III. Judicibus Velletribus rescribit, ut, quoties dispositio ad Causas Pias eorum examini proponitur, ea non secundum Leges, sed secundum Decretorum sit astra tractetur. Atqui secundum Decretorum seu SS. Canonum statuta nemo, qui dominio & ratione praeditus est, prohibetur testari ad Causas Pias, nisi unum aut alterum delinquentem excipias. Ergo &c.

Non ergo licet reponere, SS. Canones, cum nullibi admittant inhabiles de Jure Civili ad testandum ad Causas Pias, tacite Jus Civile recepisse. Nam, etsi Jus Civile, contra *num. 14.* prohiberet quosdam testari potest, attamen non receptum, sed in *cit. cap. relatum* perspicue ab eo recessum foret: cum S. Pontifex indefinite velit, ut Testamenta Pia non secundum Leges Civiles tractentur, sed secundum Decreta, quae nihil aliud in Testamento Pio, secundum placita communissima, requirunt, quam ea, quae Naturalis juris sunt.

Præterea habetur etiam textus valde perspicuus in *cap. penult. de Sepulch. in 6.* quod filiusfamilias, qui juxta *cap. 1. n. 66. & seq.* extra peculium castrensē vel quasi de Jure

P. SCHMIEER JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

Civili testari non potest, de reliquis pecuniis pro anima sua iudicare possit; quae phrasia denotat dispositionem Piam, in ultima voluntate factam, juxta *tit. 55. Feud. 2. in pr.*

Rationem desumo *III. ex natura Legum* Civilium, quarum potestas neque se extendit ad finem supernaturalem, & consequenter sub prohibitione testandi non comprehenditur Testamentum, ex motivo supernaturali conditum; neque etiam ligat Ecclesias & personas Ecclesiasticas *cap. quae in Ecclesiis 7. cap. Ecclesia S. Maria 10. de Constitut.* adeoque non efficit, ne ex actu, à Jure Civili reprobatò, sentiant commodum.

Dices *l. constitutionem Civilem*, quae prohibet nonnullos testari, justam reputari, utpote latam in materia, foro Civili propria; adeoque per eam ligari directè subditos, ne Testamentum faciant, & indirectè Ecclesias, ne quid capiant ex simili Testamento, quod Jure Civili irritatum est.

Resp. constitutionem Civilem reputari justam, quatenus prohibet testationem ex motivo profano seu ad causas profanas; sed, quatenus prohibet testationem ad Causas Pias seu ex motivo supernaturali pro salute animae: neque enim potest subditis directè potestatem auferre, consulendi animae bono potestatem: cum omnis potestas, etiam temporalis, non in destructionem sed aedificationem subditorum quoad bonum & incrementum animae collata fuerit. Quod autem dicatur, Ecclesias solum indirectè teneri ex tali prohibitione Civili, dilucidatione eget. Vel enim Legislator, prohibens, ne quis ex Testamento, quod fecit, qui testari prohibitus est, aliquid capiat, vult comprehendere Causas Pias & Ecclesias, vel non vult? Si velit; tunc Ecclesiae & Causae Piae non solum indirectè, sed directè tenebuntur; quod tamen vix unum ex Adversariis admittet: quandoquidem plerique docent, Ecclesias & Personas Ecclesiasticas non teneri Legibus Civilibus directè.

Si non velit; Ecclesiae & Piae Causae ne quidem indirectè tenebuntur: quia Legibus Civilibus indirectè solum tenentur, quando earum observantia aequè convenit Ecclesiis & Personis Ecclesiasticis, quam Saecularibus; id, quod dici non potest de Testamento Pio, cujus irritatio redundat in odium animae testantis & Ecclesiarum ac Causarum Piarum.

Dices *II.* quando Legislator ex justa causa statuit, ne frumentum exportetur extra provinciam, exteris injuriam non irrogari; & sic neque Ecclesiae vel Piae Causae praedictum vel injuriam fieri, quando ex justa causa statuit, ne impubes v. g. aut prodigus Testamentum faciat. Adde: injuriam vel iniquitatem admitti nullam, dum inducitur servitus, confiscantur bona, ac dispositio in

K k k k k

bonis

bonis feudaliibus ad fideicommissariis prohibetur : licet Ecclesia & Causa Pia non possit aliquid ex tali dispositione consequi : adeoque ne tunc quidem injustitiam vel iniquitatem admitti, cum aliquis absolute reddatur intestabilis ; licet Ecclesia nihil possit ex Testamento hujusmodi personarum consequi.

27 Subjunges : Clericis potuisse prohiberi, ne testentur ad Causas Pias : quia videbatur convenientius, ut Causis Pias liberales se monstrarent inter vivos, quam mortis causa : pari igitur ratione potuisse Laicis prohiberi, ne condant Testamentum ad Pias Causas : quia decentius videri potuit, ut sua largiantur inter vivos.

28 Resp. ad objectionem, ex argumento proposito nimum probari, quod nempe non fieret Ecclesie præjudicium, si statutum, prohibens exportationem frumenti extra provinciam, etiam afficeret Ecclesias, ac impediret, ne quidpiam de frumento vendatur Ecclesiis ; quæ tamen sequela non poterit ab ulla, qui filius est Ecclesie, admitti. Deinde prohibitio, ne frumentum exportetur extra provinciam, est in bonum ipsius provincie, nec impedit directè salutem animæ. Sed prohibitio, ne impubes v. g. aut prodigus Testamentum faciat ad Causas Pias, non est in bonum provincie seu subditorum, utpote quibus directè admittitur facultas, in calumnia salutem animæ promovendi.

Rursus Ecclesie & Causæ Piarum sunt majori favore dignæ, quàm extranei : cum extranei non sint membra Reipublicæ, nec curent illius felicitatem ; Ecclesie verò & Causæ Piarum, rationem Corporis Mystici habentes, sint membra (licet privilegiata) Reipublicæ, ac illius felicitatem curent, agendo spiritualia, ut illa spiritualibus non deficiatur auxiliis, & temporalibus proficiat incrementis.

31 Ad additamentum addo præmissis retortionem, & sic arguo. Quando inducitur servitus aut confiscatio bonorum, redditur quis inhabilis ad statum religiosum, & impeditur, ne possit elemosinam facere, ac extreme indigentibus auxiliari ; nec tamen Ecclesie vel pauperibus fit præjudicium. Ergo etiam, quando sine statu servitutis aut confiscatione bonorum à Legislatore Civili quis prohibetur, ingredi religionem, elemosinam facere, vel pauperibus in summa necessitate constitutis subvenire, non fit præjudicium Ecclesie vel pauperibus. Videtur utique malam consequentiam, nec aliunde, quam ex sinistro argumentandi modo, in 20 objectione usitatâ, resultantem. Subjicio dehinc rationem disparitatis : quia, dum servitus ex justa causa inducitur, vel bona

publicantur, jus domino quoad servum, & fisco quoad publicata bona questum est : unde non potest à servo, vel bonis desituro, aliquid relinquere Causæ Piarum, cum nequeat aliquid acquirere cum damno tertii ; & stante servitute vel publicatione, Jus Naturæ prohibeat, quò minus Testamentum servorum aut bonis privatorum ne quidem ad Pias Causas valeant. At puberes & prodigi supposito nuntur habere plenum dominium in bonis suis, nec tertio cuiquam jus questum esse. Ergo, si Causa Piarum nequeat ex illorum dispositione quidquam acquirere, non tertio, sed illis damnum inferatur, & quidem ex solo Jure Civili per se ac directè : quò dispositio nullitas directè & per se inferatur ex adempta per Legem Civilem testandi facultate. Idem serè evenit in bonis feudali-

bus aut fideicommissariis, in quibus agnatis ex investitura aut institutione fideicommissariis tenentis est jus questum, nec, citra lesionem justitiæ, potest auferri : potuit enim dominus directus aut fideicommissarius de rebus, in quibus proprietatem habet, pro libitu & sub quacunque conditione disponere, ac per consequentiam etiam Testamentum ad Pias Causas possessoriis interdiceret. Econ-

trà Legislator Civilis nequit de rebus subditorum pro arbitrio suo disponere, vel illis, qui proprietatem obtinent, extra causam necessitatis vel utilitatis publicæ facultatem disponendi adimere, qualis necessitas aut utilitas quoad dispositiones Pias suffragari non potest : eum interfit totius Reipublicæ, exercitium bonorum operum & curam salutis esse liberam.

Quod è regione subjunctum est de Clericis, lubrico incedit vestigio. Nam Clericorum bona, prospectu Ecclesie acquisita, remanent post illorum mortem penes Ecclesiam, seu Causam Piam, uade provenerunt ; indeque facultas testandi, Clericis adempta, non respicit odium sed favorem Causarum Piarum. At facultas, ad Causas Pias testandi, Laicis, rerum suarum dominis, ablata, non in favorem sed odium Causarum Piarum redundat. Ergo &c.

Inferes proinde : ad Pias Causas testari posse impuberes, infanciam egressos ; prodigos, juridicè tales ; & filiosfamilias tum de peculio adventitio extraordinario, tum de ordinario, saltem si ususfructus reservetur patri, & ille consentiat : quippe cum sint domini rerum suarum, ac, inspecto Naturæ Jure, liberâ disponendi facultate polleant. P. Engel h. t. sub num. 6. & 7. à Mostazo d. cap. num. 19. num. 29. num. 32. P. Reiffenruel h. t. num. 325.

§. III.

Quis possit institui hæres in Testamento Pio?

33 Hæres in Testamento Pio institui potest, in quo motivum supernaturale potest in venire locum. Quò pertinent Ecclesie,

Monasteria, Hospitalia, Nosocomia, Confraternitates, Pauperes &c. Quòd si DEUS ipsemet, Beatissima Virgo, aut Sanctus aliquis hæres

heres instituitur, tenet institutio, & hereditatem capit Ecclesia, que in loco, in quo testator habitavit, Sacratissima Trinitati, Beatissima Virgini, aut Sancto illi specialiter est consecrata ; per ea, quæ docet Clariss. D.

40 Franz ad tit. Inst. de Legat. sub n. 10. Er, si plures sint Ecclesie, Virgini Deiparæ, vel eidem Sancto, nec sciat, quomodo ex illis determinaverit testator, hereditas inter illas dividitur ; nisi testator in una earum parochianus fuerit, aut sepulturam elegerit, aut alicujus Confraternitatis Sodalis extiterit. Card. de Luca de Testam. dist. 22. à n. 5. à Mostazo d. lib. 1. cap. 11. à num. 16. & seqq. & à n. 22. & seqq. Quæ omnia de legatis quoque, relictis ad Pias Causas, cum eodem Authore sunt intelligenda.

41 Quod si in eodem Testamento Causa Pia & profana simul hæres instituantur, ac Testamentum ob defectum solemnitatum nequeat ad causas profanas valere, sola institutio Causæ Piarum subsistit, eique portio, hæredi profano consignata, accrescit, quando requisiti Testamenti Pii concurrunt. D. Gletle cit. h. t. §. post. q. 8. n. 21. Clariss. D. Stapf de Testam. insolent. cap. 3. §. 32. Ratio est : quia Testamentum profanum, solemnitatibus de-

stitutum, penitus est invalidum juxta cap. 2. à num. 43. nec potuit aut voluit S. Pontifex pro terris Imperii eidem conciliare valorem d. cap. 2. à num. 18. Ergo hæres profanus ex Testamento insolenti nil capit. Ergo capit omnia Causa Pia, respectu ejus Testamentum insolente valet, & procedit regula, quòd, eum nemo possit decedere, partim testatus, partim intestatus, hoc ipso, dum capit unam hereditatis partem, capit etiam alteram arg. §. hereditas, Inst. l. si sit 74. ff. de Hæred. instit. Quò facit etiam patitas ex Testamento inter liberos petita ; hoc enim, si periona extranea sit admixta, valet quoad solos liberos, eisque portio hæredi extraneo delata, accrescit. l. hac consuetudine 21. §. 1. Cod. de Testamento. l. si sit 74. ff. de Hæred. instit.

Nec pigres, iniquitatem hinc resultare, vel contradictionem. Nam iniquum haud est, hereditatem, justò titulo ex jure accrescendi delatam, acceptare. Nec contradictorium est, Testamentum sub eadem ratione, quâ valere potest, approbare, & sub alia ratione, quâ valere non potest, improbare : cum neque Leges, quarum vestigia hoc in passu sequitur Causa Pia, sibi contradicant. Ita ut si unquam in hoc Testamento non sit legatum, sed institutum, non sit legatum, sed institutum.

§. IV.

Circa quid versetur Testamentum Pium?

45 Testamentum Pii objectum principale est hereditas ; minus principale sunt legata, tum pia, tum profana : nam profana quæque legata in Testamento Pio relicta, subsistunt, tamen Testamentum Pium fit insolente, velud contra Jansonem & Clarum si Testamentum q. 6. in fin. docent Covarr. ad cap. relatum 11. h. t. n. 2084. Engel h. t. n. 19. Pirhing n. 22. Reiffenruel sum. 161. Gletle d. l. n. 27. Stryck de Contr. Testam. cap. 462. §. 8. Ratio est : quia, dum principale, seu Testamentum, subsistit, subsistunt etiam accessoria, seu legata per cap. accessorium 42. de Re. l. in 6. l. multatior est cap. equo. l. nisi 10. d. l. si quis a legat. l. rursus 4. §. 2. d. l. usufructus 11. §. 1. d. l. si quis 11. §. 1. d. l. si quis 11. §. 1. d. l. si quis 11. §. 1.

Nec obstat, quòd Testamentum inter liberos valeat solum quoad ea, quæ liberis sunt relicta d. l. hac consuetudine 21. §. 1. Cod. de Testam. nec possit extraneis aliquid relinquere, nisi testes interveniant Nov. 107. cap. 1. Nam Testamentum inter liberos insolente solum eatenus est privilegiatum, quatenus respicit favorem liberorum. Sed Testamentum Pium insolente est absolute privilegiatum arg. cap. relatum 11. de Testam. Ergo, si valeat quoad objectum principale, valet perinde quoad accessoria seu legata profana. Conferatur Clariss. D. Stapf cit. cap. 37. §. 31. & 32. ubi dicitur, quòd si in hoc Testamento non sit legatum, sed institutum, non sit legatum, sed institutum.

§. V.

Quæ forma in Testamento Pio fit servanda?

49 Forma substantialis & intrinseca Testamenti Pii, non minus quam profani, est hereditas institutio. Quamvis enim non pauci cum Francisco à Mostazo cit. 12. de Causis Pias lib. 1. cap. 6. n. 37. ad Testamentum Pium non requirant hæres institutionem ; tamen horum sententiam cum D. Gletle d. l. n. 29. horum nequeo, nisi hoc velint, relicta ad Pias Causas valere, tamen nemo sit scriptus hæres. Cæterò verisimum manet, Testamentum nec esse nec concipi posse, quando deficit hæres institutio §. ante hæres 24. Inst. de Legat. l. non codicillum 50. Cod. de Test. Ut tamen explicitè hæres instituitur, ac specificus institutionis titulus exprimat, necesse non est, sed, si te-

stator dixerit : relinquo totam substantiam Ecclesie ; omnia mea bona distribuo autem pauperibus ; præter relicta legata reliquum patrimonium hereditatis ad hospitalia &c. sufficit : quia modus explicitus & forma instituenti hæredem, magis rationem solemnitatis, quam formæ substantialis habet. P. Reiffenruel h. t. n. 179. Quomòdòcunque verò hereditas relinquatur Causæ Piarum, debet voluntas relinquens esse perfecta in ratione voluntatis ; nec testator debet solum habere propositum testandi, sed positivè ac seriò tenetur hic & nunc velle, simulque externè manifestare, quòd Causam Piam instituat hæredem : quia, ubi voluntas aut illius manifestatio deficit, deficit aliquod requiritum naturale. Rota Kkkkk 2 Rom.

Rom. in rec. part. 2. dec. 576. n. 3. p. 7. dec. 108. n. 4. Card. de Luca de Testam. disc. 13. n. 5. & seqq. Covarruv. ad cap. relatum 11. h. r. n. 13. à Mofazzo d. cap. 6. n. 25. Si tamen voluntas fuerit perfecta quoad dispositionem piam, imperfecta tamen quoad dispositionem profanam, fore quod testator, dum incipit ordinare capitula profana, decesserit, valet dispositio pia. Clarif. D. Stapf d. l. §. 17.

22 Quantum ad formam externam Testamenti Pii seu solemnitates, sentio cum veriori sententia, de Jure Canonico nullas planè solemnitates desiderari per textum in cit. cap. relatum 11. h. r. in quo S. Pontifex præcepit, ut Testamenta Pia non secundum Leges sed Decretorum seu Canonum statuta tractentur. Atqui in Decretis seu Canonibus nullæ sunt præscriptæ solemnitates, ne quidem pro Testamento profano ex cap. 2. à n. 8. Ergo &c. Et hinc contra Zoësum ad h. r. num. 22. ne quidem duos testes ad tale Testamentum pro forma & solemnitate desidero. Licet enim in cit. cap. S. Pontifex duorum testium legitimorum recorderetur; id tamen solius probationis gratia fecit: quandoquidem allegavit Divinum Oraculum, quod in ore duorum vel trium stet omne verbum; sicque satis indicavit, testes ad probandum solummodo, non ad solemnizandum Testamentum requiri: cum etiam Jure Divino ad solam probationem exigantur. Rota Rom. in rec.

p. 8. dec. 1666. p. 10. dec. 284. n. 1. & p. 12. dec. 150. n. 23. Quamobrem, si veritas Testamenti possit aliò modo probari, v. g. schedæ aliqua, de qua constat, quod manu testatoris fuerit conscripta, testium adhibitio non est necessaria: cum, stando in Jure Divino & Naturali, cui Testamentum Pium esse commensurandum, testes non requirantur, quando aliunde constat de veritate. Conferantur Card. de Luca de Testam. disc. 14. à n. 3. & disc. 15. n. 2. à Mofazzo d. lib. 1. cap. 60. n. 11. & seqq. P. Engel h. r. n. 18. P. Pirhing num. 20. & seqq. P. König ib. num. 10. D. Gletle d. q. 8. n. 36. & seqq. D. Stryck de Cam. Test. cap. 12. §. 6. D. Stapf de Testam. insolent. cap. 2. §. 20. Quodvè hæc sententia, quæ Testamentum Pium ab omni solemnitate liberum pronuntiat, etiam in terris Imperii procedat, non tantum unanimi ferè sententiâ, sed pene totius orbis consuetudine probatur, ut testes sunt Gail. 2. obs. 112. n. 16. Zoësi ad h. r. d. n. 32. Brunn. ad l. habuit r. Cod. de SS. Eccles. n. 3. Clarus §. Testamentum q. 6. Carpov. Jurisprud. for. p. 3. conf. 4. def. 33. n. 3. & 4. Stryck d. l. §. 1. Gletle d. q. 8. num. 78. quamquam in n. 54. & in theoria valde probabile iudicet, quod Testamentum Pium in terris Imperii juxta Leges Civiles ordinandum esset; sed ex ratione, in nostra sententia non fringente, quod Testamenti factio sit merum privilegium Juris Civiles.

§. VI.

Quis effectus sit Testamenti Pii; & quanam ipsi contraria?

27 Testamentum Pium eosdem habet effectus, quos Testamentum profanum, de quibus in cap. 1. §. 6. per tot. Quin et, si Testamentum non sit Pium, sed profanum, attamen Cause Piae quidpiam in eo relictum, debent taliter relicta præstari Cause Piae, tametsi Testamentum profanum sit nullum: utpote cum per se ac sine Testamento subsistere valeant per cap. relatum 11. h. r. Covarruv. ad cit. cap. n. 4. Engel h. r. n. 20. Pirhing ib. n. 22. Gletle d. q. 8. n. 62.

28 Contraria Testamento Pio sunt I. illius revocatio, quæ, si fiat per aliud Testamentum, illud in suo genere perfectum, ac cum priori sit impossibile, necessum est, ut doceat à Mofazzo d. lib. 1. cap. 7. n. 5. & seqq. Gletle d. l. num. 87. Sin revocatio fiat per corruptionem Testamenti, non præsumitur voluntas revocandi fuisse seria, nisi probetur arg. l. proximè 3. in fin. ff. de his, qua in Testam. del. ubi Brunnem. n. 6. à Mofazzo d. l. n. 30. & seqq. Gletle n. 92.

60 II. illius ruptio per navitatem posthumi, saltem si naturalis sit, ac liberis sua legitima

non maneat salva: tunc enim Testamentum ad minimum eatenus rumpitur, quatenus legitima portio liberis ex eo detrahitur. Vid. D. Gletle d. l. n. 89. D. Stapf d. l. §. 35. & seqq. III. commutatio dispositionis piae, quam, si fiat in opus melius, ex justa causa, in casu, quò voluntas absoluta ac determinata defuncti commode non potest adimpleri, Episcopis quoque concessam, docent permittit cum P. Engel h. r. num. 23. P. Wiestner ib. n. 296. & seqq. P. Reiffentuel ib. n. 804. à Mofazzo d. lib. 1. cap. 14. à n. 16. Qua de re videantur textus in cap. præter hoc 6. in suis Dis. 32. cap. conquestus 16. de Foro compe. cap. nos quidem 3. cap. tua nobis 17. de Testament. Clem. quia contingit 2. de Religios. dom. Trid. Concil. sess. 22. de Ref. cap. 4.

IV. detraçtio portionis Canonice, quæ debetur Episcopis de rebus omnibus, mobilibus & immobilibus, quæ ad causas pias quæ tales relicte fuerunt cap. requisivisti 15. h. r. Hujus memini in r. l. p. 3. cap. 1. n. 42. Largiorem noticiam dabit Gletle p. §. pand. q. 8. n. 63.

SECTIO II.

De Testamento, Principi vel Judici oblato.

SUMMARI A.

63. Transitus ad Testamentum, oblatum Principi vel Judici. 64. Illius descriptio. 65. Non requiritur testem. 66. Aut subscriptionem. 67. & seq. Valet etiam per nuncupationem. 69. & seq. Potest offerri clausum. 71. & seq. Dnæ limitationes ponuntur. 73. & seq. Denotatur, quid per Principem intelligatur. 75. & seq. Principi non tenetur in suo Testamento solemnitates aliquam adhibere. 78. & seq. Denotatur persona Judicis.

Non debet habere assessorem. 81. Nec pro tribunali sedere. 82. Potest delegatum mittere ad domum testatoris. 83. & seq. Rationes ponuntur pro sententia negante, quod Testamentum per procuratorem offerri possit. 88. & seq. Rationes pro sententia contraria. 93. & seq. Salutio priorum rationum. 99. & seq. Explicatur, qualiter Testamentum oblatum possit revocari.

§. I.

Quid sit Testamentum, Principi vel Judici oblatum.

64 Secunda species Testamenti Insolentis & privilegiati est Testamentum, quod Principi vel Judici offertur. Utrumque siquidem conjungo: quia utrumque trahit originem ex eodem fonte, nempe l. omnium 19. Cod. de Testam. & æqualibus ferè prerogativis & favoribus gaudet. Stryck de Cam. Test. cap. 7. §. 22.

qui coram Principe heredem nuncupat, & ore tenus ultimum elogium explicat. Stryck d. l. §. 13. ubi putat, Secretarium advocandum esse, qui præsentem Principem voluntatem testatoris nuncupans excipiat, & scribat.

65 Intelligitur autem per Testamentum, oblatum Principi vel Judici, quod ipsi exhibetur eadem intentione, ut eorum auctoritate, extra omnem aliam solemnitatem, sustineatur d. l. omnium 19. quia persona Principis vel Judicis omnem solemnitatem videtur supplere.

Præter hæc, an Testamentum scriptum Principi vel Judici clausum offerri possit, aut saltem prælegi debeat? Dubitatur, & quidem eo fortius, quò clarior in d. l. omnium requiritur Testamenti publicatio, & intimatio; sicque, ut contenta in Testamento Principi vel Judici prælegantur, desideratur. Vultejus Conf. Mar-pare, vol. 1. conf. 34. q. 1. n. 1. Sed clausum offerri posse, nec prælegi debere, verior & practica sententia tenet, ut post Richt. Berlich. & Carpov. testatur Stryck d. l. §. 31. ubi ex una parte Testamentum scriptum, si privatum & solenne sit, non desiderat aperturam aut prælectionem coram testibus: ex altera parte supremum elogium auribus Principis aut Judicis publicari vel intimari potest, et si specificè & explicitè non sciat, quanam sint scripta, dummodo sciat, in oblata scriptura contineri voluntatem testatoris. Gratis itaque Testamenti apertura vel præledio exigitur; &, si libeat sic respondere, dici potest, Testamentum nuncupativum explicitè Principi vel Judici manifestandum esse, non etiam Testamentum scriptum. Si tamen is, qui Testamentum scriptum obtulit, nescierit literas, & Testamentum per alium scripserit, id minime valitutum, nisi prælegatur in præsentia Judicis aut Principis, statuit Stryck d. l. §. 31. quia cæteroque fraudibus & dolis patula foret janua, & libera scribendi materia scriptori extraneo tribueretur. Pariter si testator solum obtulisset chartam testamentariam, nec declarasset, quòd in illa continetur ultima sua voluntas, non valeret: cum Testamentum in notatum nec possit intimatum dici, nec Principis aut Judicis conscientiam tenere; quam in rem adducit Responsium Juris Stryck d. l. §. 14.

66 Equidem in cit. l. omnium in fin. de testibus inscribitur memoria: Sed hoc accipitur de casu, quò oblatio Testamenti vocatur in dubium: tunc enim vix alter de illius veritate potest constare, quam per testes. D. Gletle d. l. n. 89. Hinc etiam, licet necessarium non sit, ut Princeps vel Judex ad oblationem Testamenti rescribat, vel illud scriptorèndis confirmet; expedire tamen in ordine ad faciliorem oblationis probationem, petere aliquam annotationem, attestationem, vel antigraphum Principis aut Judicis, vulgò eimen Gegen-Schein. Stryck d. cap. 7. §. 19.

67 Num verò liceat solummodo Testamentum scriptum offerre, vel etiam concessum sit, in præsentia Principis aut Judicis nuncupativè testari? Dubitatur ab aliis; et si rem dubiò carere putem. Nam, quia securus est, qui actis consuetudine Judicis ante Admisionem mentis sua postremam publicavit iudicium, juxta cit. l. omnium 19. etiam securus est, qui coram Judice testatur nuncupativè: cum ipsi tunc propriè supremum iudicium mentis suæ publicare censetur. Stryck d. cap. 7. §. 30.

68 Similiter, quia rectissime testatur, qui medio Principe, & coram Jure teste facit successorem, cuiusve voluntatem Princeps audit, ac cuius voluntas conscientiam Principis tenet d. l. omnium 19. sanè non minus rectè testabitur,

Cui Principi vel Judici Testamentum offerri possit?

73 **P**er Principem, cui Testamentum offertur, de Jure Communi Supremum denotari, notant universim DD. ad cit. l. omnium 19. Sed de Jure Moderno quemlibet Imperii Principem & Statum, cui Jurisdicchio Territorialis suffragatur, designari, testes sunt Miller de Princip. & Stat. Imp. cap. 28. n. 1. Stryck d. l. §. 3. Clariss. D. Franz in quest. select. 9. 7420. n. 32. Alii etiam ad Imperatoris seu Principis Dicastria, præsertim Judicium Imperiale Aulicum, & Cameram Imperii, Testamenti oblationem extendunt. Sed ea oblatio potius censetur Judici quam Principi facta. Stryck d. l. §. 5. & seqq.

75 Quid verò, si Princeps ipsamet testari velit, cuiam Principi suum Testamentum offerre debet? Resp. Principis aut cuiuslibet Status Imperii Testamentum insublenne, citra ullam oblationem, per se subsistere, prout docent Dautz de Testam. n. 431. Bruckmann de Regal. cap. 4. membr. 3. effect. 1. n. 20. Zaf. cons. 5. num. 22. Vob. 2. Wehner consil. Franci. 1. Decius consil. 526. n. 3. Miller de Princ. & Stat. Imp. cap. 26. per 101. D. Guillelmus Antonius Erl. de Jurib. Princ. exerc. 68. per tot. Itaque, me referente, ante quinquennium consilic. Facultas nostra, quam præcessit Tubingensis apud Harpprecht ad §. sed cum paulatim 3. & 4. Inst. de Testam. Ord. à n. 305. & apud Besoldum consil. 150. num. 1. & seqq.

76 Quamquam enim Principes & Status Imperii Leges Imperii tum publicas tum privatas observare teneantur, quatenus considerantur in ordine ad controversias, inter semet ipsos vel cum exteris ortas; attamen respectu proprii territorii servare non tenentur, cum ipsi libera facultas competat, Jus Civile in suo territorio mutandi. Stryck in Usa Mod. pand. ad tit. de LL. §. 7. Dissentiant multi, quos citat & sequitur Knipshilde de Fideicommiss. Famil. Nobil. cap. 6. n. 19. & seqq. Sed ex rationibus, quibus exiguum constat firmamentum.

78 Per Judicem, cui Testamentum offertur, talis intelligitur, qui habet Jurisdictionem ordinariam civilem, ad certas causas non restrictam: qui enim tantummodò Jurisdictionem habet in causis v.g. opificum, non possit oblato Testamento vim impertiri: cum in eo, coram quo geratur actus Jurisdictionis voluntariæ (qualis est oblatio Testamenti) id saltem requiratur, ut sit competens quoad oblectum, seu similem Jurisdictionem voluntariam habeat arg. §. præced. 6. & §. sed et si 8. Inst. Quib. mod. Jus patriæ pot. solvi. Stryck de Cam. cap. 7. §. 25. Num 79 autem Judex ille sit proprius, vel alienus; superior vel inferior; nihil interest: cum hæc oblatio, ut dictum, sit Jurisdictionis voluntariæ, quæ coram Judice proprio & alieno; superiore & inferiore; quin etiam in causa propria, & coram proprio Dicastrio vel Judicio, potest administrari per dicta in lib. 1. rr. de Jurisdic. cap. 8. n. 26.

Nec opus est, ut Judex, cui Testamentum offertur, secum habeat Assesores, Scabinos, Actuarium, vel Notarium: quandoquidem in cit. l. omnium 19. Cod. de Testam. solius Judicis fit mentio; & Acta, quibus insinuat. Testamentum, suam denominationem & fidem à Judice, coram quo aguntur, accipiunt. Alias, certe in pagis rusticorum, in quibus persæpe non habentur Assesores aut Actuarii, Testamentum ad Acta fieri non possit. D. Gletle de Testam. d. l. p. 1. cap. 3. §. 5. num. 3. & A. Eckold ad tit. ff. qui Testam. fac. poss. §. 8. D. Franz select. quest. 21. num. 6. Contrarium placitum exhibet Stryck d. l. §. 28.

Rursus non est opus, ut Judex pro tribunali sedeat: cum enim, ut præmissum, oblatio Testamenti spectet ad Jurisdictionem voluntariam, loco Judicii non est alligata, sed potest etiam alibi; nec solum in domo privata, sed & extra territorium, expediri, prout definiunt Welenbec. in paratit. ad tit. de Testam. num. 10. Eckold d. l. §. 10. Stryck d. l. §. 34. Gletle d. l. num. 7. D. Franz d. l. n. 13. & seqq. Ex qua ratione hi & alii, Authores communiter etiam admittunt, valere Testamentum, quando Judex Actuarius & Decuriones vel Assesores ad ades testatoris agroti delegatum, in finem, ut Testamentum ipsius excipiant; etsi aliud longè sentiat Vulcejus Conf. Marpurz. Vol. 1. consil. 34. num. 55.

tionem habet in causis v.g. opificum, non possit oblato Testamento vim impertiri: cum in eo, coram quo geratur actus Jurisdictionis voluntariæ (qualis est oblatio Testamenti) id saltem requiratur, ut sit competens quoad oblectum, seu similem Jurisdictionem voluntariam habeat arg. §. præced. 6. & §. sed et si 8. Inst. Quib. mod. Jus patriæ pot. solvi. Stryck de Cam. cap. 7. §. 25. Num 79 autem Judex ille sit proprius, vel alienus; superior vel inferior; nihil interest: cum hæc oblatio, ut dictum, sit Jurisdictionis voluntariæ, quæ coram Judice proprio & alieno; superiore & inferiore; quin etiam in causa propria, & coram proprio Dicastrio vel Judicio, potest administrari per dicta in lib. 1. rr. de Jurisdic. cap. 8. n. 26.

Nec opus est, ut Judex, cui Testamentum offertur, secum habeat Assesores, Scabinos, Actuarium, vel Notarium: quandoquidem in cit. l. omnium 19. Cod. de Testam. solius Judicis fit mentio; & Acta, quibus insinuat. Testamentum, suam denominationem & fidem à Judice, coram quo aguntur, accipiunt. Alias, certe in pagis rusticorum, in quibus persæpe non habentur Assesores aut Actuarii, Testamentum ad Acta fieri non possit. D. Gletle de Testam. d. l. p. 1. cap. 3. §. 5. num. 3. & A. Eckold ad tit. ff. qui Testam. fac. poss. §. 8. D. Franz select. quest. 21. num. 6. Contrarium placitum exhibet Stryck d. l. §. 28.

Rursus non est opus, ut Judex pro tribunali sedeat: cum enim, ut præmissum, oblatio Testamenti spectet ad Jurisdictionem voluntariam, loco Judicii non est alligata, sed potest etiam alibi; nec solum in domo privata, sed & extra territorium, expediri, prout definiunt Welenbec. in paratit. ad tit. de Testam. num. 10. Eckold d. l. §. 10. Stryck d. l. §. 34. Gletle d. l. num. 7. D. Franz d. l. n. 13. & seqq. Ex qua ratione hi & alii, Authores communiter etiam admittunt, valere Testamentum, quando Judex Actuarius & Decuriones vel Assesores ad ades testatoris agroti delegatum, in finem, ut Testamentum ipsius excipiant; etsi aliud longè sentiat Vulcejus Conf. Marpurz. Vol. 1. consil. 34. num. 55.

§. III.

Per quem Testamentum possit offerri?

testator coram Principe vel Judice publicet ac intime postremum judicium; quæ phrasis denotat præsentiam personalem. III. 86 quia Testamentum Principale & Judiciale comparatur in d. l. Testamento, coram testibus confecto, in quo procurator excluditur, & testatoris, elogium suum coram testibus exprimentis, præsentia requiritur. IV. 87 quia machinationibus & fraudibus non est cautum, dum procurator fingere mandatum,

& pro Testamento genuino potest adulterium substituire.

88 Recessum à communi sententia faciunt Miller de Princ. & Stat. Imp. cap. 28. §. 4. Struv. ad ff. exercit. 32. ch. 9. Miller ibid. lit. l. Stryck cit. cap. 8. §. 13. & seqq. Quibus accedere videtur Clariss. D. Franz cit. q. 21.

89. 10. Rationes sunt I. quia à regula, quod omnia negotia ministerio procuratoris expediri valeant, oblato Testamento nisi iam est excepta; non attendit, quod sit actus Jurisdictionis voluntariæ: utpote cum præter tres actiones Legis in specie tales, adoptionem videlicet, emancipationem, & manumissionem per vindictam, nullus alius ministerio procuratoris sit subductus, ut dictum in Lib. 1. rr. de Jurisdic. cap. 8. n. 25. II. quia in cit. l. omnium perquam dilucide permittitur oblato Testamento per procuratorem: tum quia permittitur supplicatio, quæ personalem supplicantis præsentiam habet exigat: tum quia in fin. concluditur, quod hæres institutus non habeat, quod pertinet: cum oblatas preces secundum voluntatem defuncti idoneis testibus possit approbare; quod idem est, ac dicere: cum oblatas preces per procuratorem, mandato & voluntate testatoris instructum, possit demonstrare. III. quia, considerato Naturali Jure, Testamentum non minus per alium quam seipsum offerri potest: adeoque etiam considerato Jure Civili, utpote quod in Testamento oblato nullam requiritur solennitatem, sed nudà Principis aut Judicis autoritate, pro probatione, contentum est. IV. quia, ex quo Principis & Judicis præsentia per delegatum rectè suppletur, non apparet ratio, cur testa-

toris præsentia per substitutum procuratorem suppleri nequeat.

Opinione posteriori receptâ Resp. ad I. 93 rationem contrariam, negandò, quod assertum duntaxat, non verò probatum est, Testamentum Principale vel Judiciale veteri, quod populo in comitiis offerebatur, furogatum esse: est enim inventum ad rescandas solennitates, quas Principis & Judicis persona eminenter suppleat. Et inde 94 jam tempore Romanorum erat usitatum, ut Testamenta per mandatarios ad Acta vel Principes insinuarentur, velut ex Marculpho Monacho, qui statim post Imperatoris Justiniani tempora vixit & scripsit, referunt Stryck d. l. §. 23. & Miller ad Struv. d. l.

Ad II. Resp. sicut ex vulgata regula, 95 quod quis facit per alium, censetur facere per se ipsum: sic etiam, quod per alium quis intimat aut publicat Testamentum, ita haberi, ac si ab ipso fuisset intimatum.

Ad III. Resp. comparisonem Testamenti 96 oblato & privati non esse absolutam, sed respectivam, quoad effectum scilicet, non quoad solennitatem & formam, ut patet ex ly secretis erit: est enim Testamentum oblato privilegium in eo, quod nullas desideret solennitates, inter quas est illa, quæ physicam ac simultaneam testatoris & testium præsentiam definit, juxta cap. 2. n. 15.

Ad IV. Resp. fraudibus & machinationibus 97 occurrì posse, si testator procuratori coram duobus testibus Testamentum tradat, & mandet, ut deferat ad Principem vel Judicem, ipsorum autoritate firmandum; id quod in fine cit. l. omnium ipsimet Imperatores, Honorius & Theodosius, observarunt.

§. IV.

Quis effectus sit Testamenti oblato?

88 **T**estamentum Principi vel Judici oblato iuxta cit. l. omnium 19. Cod. de Testament. quoad effectum assimilatur Testamento cui-cunque, validè condito; sicque recapitulanda sunt, quæ in cap. 1. sect. 6. de effectu Testamenti in genere sunt dicta. Et, sicut Testamentum aliud juxta cit. cap. sect. 7. revocari, & aliis modis infirmari potest; sic etiam Testamentum oblato.

99 An verò repetitio Testamenti ex Archivo Principis aut actis Judicis habeat vim revocationis? In factò sæpius quaesitum, & à nostra Facultate non ita pridem responsum 100 est, quod licet Finckelhusius obs. 12. & seqq. cui subscribit Clariss. D. Joannes Georgius Fleck in Bibliob. Juris Civ. lib. 2. tit. 28. n. 14. sustineat, solum Testamenti repetitionem esse signum sufficiens revocationis: eò quod ad formam ejusmodi Testamenti requiratur, ut tempore mortis testatoris reperitur in Actis

vel Consilio repositum; & aliàs id solum ad Acta venisse dicatur, quod ibi mansurum est arg. l. aliud est 71. ff. de V. S. huic tamen opinioni simpliciter adimplari non possumus, nisi concurrant aliæ præsumptiones & conjecturæ, quales in casu tunc proposito erant I. ingens desiderium & importuna expectatio testatoris de Testamento revocando; II. animus cassandi Testamentum oblato, coram propinquis seriò declaratus; III. repetitio antigraphi vulgò desig. leg. & d. 2. n. 14. h. 1. holographia testatoris, prius Testamentum actu cassantis, qualis ad infirmandum Testamentum propterea sufficit: cum non præcisè incilio vel cancellatio Testamenti prioris, sed etiam factum aliud accedere possit per textum in l. posteaquam 1. §. 8. ff. si tab. Testam. nulla exstab. Harpprecht ad §. ex eo autem 7. Inst. quib. mod. Testam. infirm. num. 5.



SECTIO III.

De Reliquis speciebus Testamentorum insolentium.

SUMMARI A.

102. & 103. Transitus ad Testamentum inter liberos, cum illius descriptione. 104. & seqq. Exhibentur requisita. 107. & seq. Adstruuntur, quomodo possit extraneis aliquid relinqui. 109. Liberi non possunt testari privilegiato modo. 110. & seq. Possunt inaequales portiones ipsis assignari. 112. & seqq. Possunt etiam exheredari. 115. & seq. Extraneus nequit substituere. 117. & seq. Non revocatur, nisi posterius Testamentum sit Solenne, ac clausula derogatoria munitum. 119. &

seq. Denotatur persona, qua Jure militari possunt testari. 121. & seqq. Ostenditur, qualiter solemnitates in Testamento Militari sunt remissa. 126. & seqq. Demonstratur reliqua privilegia hujus Testamenti. 133. & seq. Subjicitur Testamentum conditum tempore pestis. 135. Notatur consuetudo. 136. Exhibetur Testamentum rusticorum. 137. & seq. Illorum more testari possunt omnes demones ruri. 139. In dubio presumitur validum.

§. I.

De Testamento Parentum inter liberos.

102 Tertio species Testamenti Insolentis est, quod parentes inter liberos ordinant. Quando enim pater aut mater (eadem enim utriusque uti & aetiorum ascendendum utriusque sextus est ratio. Stryck de Cant. Test. cap. 10. §. 2.) solos liberos sui patrimonii designant haeredes, valet Testamentum, esto solemnitates civiles non intervenerint. Textus in l. hac consultiissima 21. §. 1. Cod. de Testament. Ratio est partim reverentia, quam liberi debent parentibus, nec possunt sine illius laesione, parentum dispositiones impugnare: partim naturale dictamen, quod parentum bona liberis aliunde addicit l. cum naturalis 7. in pr. ff. de Bon. damnat. Ut adeo non sit opus tam exquisito solemnitate apparatu.

104 Sicut tamen in alio Testamento, sic in praesenti necessaria est haereditas institutio, sine qua valebit quidem dispositio paterna l. filii puris 16. l. ult. Cod. Famil. herisc. sed non jure Testamenti. Gletle de Testam. d. p. 1. cap. 3. §. 2. n. 5. Clariff. D. Stapf de Testam. non-solemn. cap. 3. §. 17.

105 Quin etiam jure Novissimo in Nov. 107. cap. 1. requiritur, ut Testamentum inter liberos non notis, sed integris literis a parentibus scribatur, vel ab alio scriptum subscribatur, ac in eo tempus, nomina liberorum, & uncia, ex quibus haeredes erunt, exprimantur. Stryck cit. loc. §. 64. & seqq.

106 Quae constitutio, cum loquatur de Testamento scripto, Testamentum nuncupativum inter liberos subsistet, si modo liberi haeredes coram 2. testibus sint nuncupati arg. cit. l. ult. Cod. Famil. herisc. l. hac consultiissima 21. §. 1. Cod. de Testam. Fachin. lib. 4. contr. cap. 11. Vinn. lib. 2. sect. 99. cap. 18. Stryck d. l. §. 21. Gletle d. §. 2. n. 18. Clariff. D. Stapf d. l. §. 21. qui etiam in §. 12. eum alii docet, & doctissime probat, in Testamento parentis caeci solemnitates non esse necessarias.

107 Quodsi personis extraneis aliquid relinquitur, videndum est, utrum titulus institutio-

tionis, vel legati quid relinquantur. Si titulus institutionis; nihil agitur, etiamsi testes interveniant sed, quod illis relictum est, liberis accrescit d. l. ult. & l. hac consultiissima §. 1. Struv. exercit. 32. th. 19. Stryck §. 23. Si titulus legati; valet relictum, si testes interfuissent d. Nov. 107. cap. 1. non tantum duo, sicut putarunt Struv. d. th. & Lauterbach ad tit. ff. de Test. mil. §. 30. ob textum in l. ubi numerus 12. ff. de Testib. qui tantum in actibus inter vivos procedit; sed quinque, ut verius docet D. Gletle num. 14. & Stryck §. 24. ob textum in l. ult. §. fin. Cod. de Codicill. ubi generatim ad ultimas voluntates §. testes determinantur. Ne tamen fraus intecedat, legata in moderata sint quantitate opus est: alioquin, si liberi tantum in legitima instituantur, & reliquum patrimonium ad legatarios devolvatur, legata sint inutilia, veluti cum Harpprecht tradit laud. D. Stapf. §. 14.

Quaeres I. an etiam liberi, si parentes suos instituant, hoc privilegio more testari possint?

Resp. negativè. Textus in d. l. hac consultiissima 21. §. 1. Cod. de Testam. ubi dicitur, Testamentum imperfectum inter solos liberos tenere; & in Nov. 107. tum in rubr. ibi: de Testamentis imperfectis, a parentibus in filios factis; tum in prefat. ibi: quando sunt parentes; tum in cap. 1. ibi: si quis inter suos liberos &c. Harpprecht ad §. sed cum parlatum 3. Inst. de Test. ordin. num. 93. Struv. exercit. cit. th. 20. Stryck §. 8. ubi simul advertit, in Testamento, quo liberi parentes suos faciunt haeredes, §. testes sufficere, propter cit. l. hac consultiissima §. 3. in qua tamen additur, similem dispositionem non jure Testamenti sed ab intestato valere. Brunn. in Comment. ib. n. 4.

Quaeres II. an liberis in Testamento paterno aliquos inaequales relinqui valeant?

Resp. aliquos hic distinguere inter inaequalitatem, num magna, vel modica sit, atque in magna praesumere, quod laeet fallitas, Sed,

111 Sed, etsi, fatente Stryckio d. l. §. 12. in praxi non raro respiciatur ad hanc distinctionem, in jure tamen fundata non est: cum, extra legitimam, libera sit parentibus disponendi facultas, etiam inter liberos, velut insinuat Imperator in d. Nov. 107. cap. 1. dum non gratis voluit, ut uncia, in quibus liberi scribuntur haeredes, exprimantur, ratus, in arbitrio parentum esse, quantam portionem singulis liberis velint assignare. Struv. d. exercit. th. 20. Gletle d. cap. 3. §. 2. n. 16. D. Stapf d. cap. 4. §. 16.

112 Quaeres III. possintne liberi in Testamento paterno exheredari?

Resp. affirmativè. Cothmann. Vol. 1. Resp. 3. n. 21. Stryck cit. l. §. 18. Miller ad Struv. d. exercit. 32. th. 19. l. m. in fine. Gletle p. 5.

113 Pand. q. 9. num. 39. Ratio est: tum quia parentes possunt exheredare liberos in Testamento communi: ergo etiam in privilegiato, cum, qui potest instituire, possit etiam ex justa causa exheredare: tum quia Testamentum inter liberos non respicit unice favore liberorum, sed etiam, & forte principaliter, favorem parentum juxta num. 103. sed nullus favor, quin ingens odium & onus foret, si parentes in Testamento privilegiato deberent filios ingratos haeredes scribere:

114 ergo &c. Cum autem sententia communior fit in contrarium, sicut perhibent Zoefl. ad tit. ff. qui Testam. fac. post. num. 63. Struv. d. exercit. 32. th. 19. Schambogen ad cit. tit. q. 9. hinc cit. Stryck exheredatio-

nem in Testamento paterno periculosam censet.

Quaeres VI. utrum in Testamento paterno possit fieri substitutio?

Substitutio inter ipsos liberos fieri, & unum alteri posse substitui, extra questionem est; at substitutio extranei non minus in l. hac consultiissima 21. §. 1. Cod. de Test. inhibita videtur, quam institutio: cum substitutio nihil aliud sit, quam secundi haereditis institutio. Stryck cit. l. §. 23. Gletle d. q. 9. n. 30. Nec potest clausula codicillaris hic aliquid conferre, sive expressè adjiciatur, sive, ut aliqui volunt, tacite subintelligatur: nam illius virtute censetur substitutio in fideicommissum verti, ac liberi rogati, ut, contenti sua legitima, reliquam haereditatem extraneo restituant; quod perinde in cit. l. in favorem liberorum est interdictum.

Quaeres V. utrum Testamentum inter liberos a parentibus revocari valeat?

Resp. revocationem valere, nec praesumi, nisi Testamentum secundum fuerit solenne, jure perfectum, & expressam clausulam Testamenti prioris adjunctam habeat. Nov. 107. cap. 2. D. Stapf cit. l. §. 41. Et quia haec non distinguit, utrum in secundo Testamento sint haeredes extranei scripti, vel soli liberi, nec nostrum erit distinguere, sed cum D. Gletle d. q. 9. n. 54. (renitente tamen Stryck d. l. §. 31.) aliter, Testamentum anterius non rumpit, licet posterius inter liberos sit conditum sine solemnitate & derogatione prioris.

§. II.

De Testamento Militari.

119 Quarta species Testamenti Insolentis, & privilegiati est Militare, quod faciunt milites, in numerum milium, praestito sacramento, rite relati; imò etiam quod faciunt Curiones seu Clerici campestres, Magistratus militares, seu Auditores, Mercatores, Medici & Chirurghi bellici, si in hostico, hoc est, loco hostili, hostibus eorumque incursum & periculis exposito, deprehendantur, & ibidem decedant l. ult. ff. de Testam. milit. ubi Brunn. n. 1. l. m. in pr. ff. de Honor. possess. ex Testam. milit. Ludwell de Ulrim. Polont. p. 1. cap. 3. pag. 45. & p. 2. cap. 3. pag. 320. Harpprecht de Success. Acad. p. 1. tr. 3. de Testam. 120 pag. in hostico th. 2. & plur. seqq. Quod privilegium concessum est militaribus personis, partim quòd alias Jura permittantur ignorare: partim quòd tempus & occasionem per se non habeant, solemnitates testamentarias adhibendi: partim quòd multa sustineant discrimina pro salute Reipublicae. Gletle de Testam. p. 1. cap. 3. §. 1. num. 2. Clariff. D. Stapf de Testam. non-solemn. cap. 1. §. 5.

121 Constitit igitur Testamentum Militare sine omni solemnitate; sed tunc solum, quando milites testantur in expeditione, hoc est, in campo Martio, ad confingendum & certandum cum hostibus parato pr. & §. sed habita. P. SCHMIDT JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

Quando autem in hybernis aut praediis habitant, privilegiato testandi jure non gaudent, nisi hostium incursumibus substituantur. Stryck de Cant. Test. cap. 9. §. 4. D. Stapf cit. l. §. 14. Minus testari possunt, quando vel capti sunt ab hostibus l. facere 10. ff. de Testam. milit. vel à militia, etiam ex honesta causa, vel post 20. annos sunt dimissi, veterani alias nuncupati d. §. sed habentur 3. Quamvis enim veterani ceteroquin aliqua retineant privilegia, plebejorum, eximantur numero, & ab oneribus personalibus sint immunes l. veteranorum 1. cum 2. seqq. ff. de Veteran. militari tamen jure testari nequeunt. D. Stapf §. 6. Imò jure Novissimo ex constitutione Maximiliani Imperatoris de Anno 1512. tit. de Test. §. 2. si milites in conflictu non sint constituti, sed in castris degant, duos ad minimum testes adhibere debent. Quò tamen non obstant 124 te, Inelytra Facultas Francofurtana Anno 1675, apud Stryck, d. l. cap. ult. validum pronuntiavit Testamentum, quod confectum miles in transitu per urbem, dum ad confingendum cum hoste profectus erat: censebatur enim paratus ad conflictum, & cingendum habebatur pro cincto per l. pen. ff. de Testam. milit. Similiter nostra Facultas die 3. Junii 1711.

nii Anno 1705. approbavit Testamentum ducis militaris, quod sine teste ordinavit in transitu per locum & provinciam Sueviae, tunc temporis a Gallis occupata & infestata, cum ad exercitum Caesarem festinaret: eo quod fuerit in continuo periculo confictus & pugnae, nec pugnae actualis requiratur, sed pugnae continuum periculum. Clariss. D. Fleck in *Bibliotheca Jur. lib. 2. tit. 29. num. 5. 9. & 27.*

126 Porro Militaris Testamenti privilegia ad hoc ampliora sunt, ac remissione quasi totius Juris testamentarii gaudent. Nam I. possunt Testamentum facere de bonis castrensis, tametsi sint capitis damnati ob delictum militare, sine violatione fidei commissum. *l. ex militari 11. in pr. ff. de Testament. milit. Gletle de Testam. d. l. cap. 3. §. 1. n. 8.* Con- 127 feratur tamen D. Stapf d. l. §. 8. II. possunt haereditatem instituire, qui caeteroquin sunt incapaces, exceptis servis poenae, haereticis insignioribus, & mulieribus suspectis *l. idem ff.*

§. III.

De Testamento, tempore pestis condito.

133 Quinta Testamenti Insolennis & privilegiati species est Testamentum, quod tempore pestis vel alterius contagionis conditur: in hoc quippe, tametsi solennitatum omnigena pompa non sit praesens, praesertim quoad numerum, subscriptionem, & subscriptionem Testamenti scripti: attamen ob periculum infectionis indultum est, ut liceat testes successivè ac separatim convocare. 134 Textus in *l. casus 8. Cod. de Testam.* Unde verius est, quod testes testatorem videre debeant, & audire Brunn, ad *d. l. n. 1.* non qui-

§. IV.

De Testamento Rusticorum.

136 Sexta species Testamenti Insolennis & privilegiati est, quod homines rustici faciunt in pagis & locis extra civitates, ubi cum plerumque cohabitent pauciores & minus literati homines, concessum est, ut si plures nequeant haberi testes, quinque rogentur; qui etiam, si literas calleant, Testamentum scriptum subscribere tenentur, non tantum pro se, sed etiam pro illiteratis; at si soli sint illiterati, subscribendi necessitas est sublata. Textus in *l. ult. Cod. de Testam. ubi Brunn. num. 11.* 137 Solent autem DDres hanc testandi facultatem non tantum ad rusticos, rus colentes, coartare, sed etiam ad Nobiles, vel cives, qui ruri habent sua praedia, & ibidem Testamenti tempore versantur, extendere: cum militet eadem ratio, in rariori testium quantitate & qualitate posita. Eckold, ad *tit. ff. qui Testam. fac. poss. §. 20. Gletle d. l. cap. 3. §.*

13. §. 2. *l. miles 41. §. 1. ff. d. r. l. ult. Cod. de Haeretic. III.* possunt haereditatem scindere, 128 ac partim testati, partim intestati decedere *l. si miles 6. l. si duobus 37. ff. eod. IV.* possunt 129 filium, cujus notitiam habent, sic praeterire, ut praeterito subeat vicem exhaereditationis *l. scilicet certi 9. & seq. Cod. d. r.* V. possunt 130 filio emancipato directè pupillariter substituere *l. miles 41. §. 4. ff. d. r.* VI. possunt 131 haereditatem scribere ex die certo & ad diem certum *d. l. miles 41. in pr.* VII. possunt 132 Testamentum efficere tam firmum & stabile, ut neque per Legem Falcidiam quoad legata & alia minuat *l. si certatum 17. §. ult. ff. d. r.* neque per querelam inofficioli Testamenti evertatur *l. ult. Cod. de inoff. Test.* neque per agnationem posthumum rumpatur *l. qui jure 7. cum 2. seqq. ff. d. r. de Testam. milit.* neque per Testamentum posterius evertatur, nisi specialiter expressum sit *l. quarebatur 19. in pr. ff. eod. Videatur Gletle cit. l. n. 20. & seq. Clariss. D. Stapf cit. cap. 1. §. 19. & mult. seqq.*

dem sic, ut conveniant in uno conclavi, sed etiam ut ad fores accedere, vel testatorem, ad fenestram stantem, in platea conspiciere valeant, sicut Bononiae quondam accidisse, refert ex Bocero Stryck de *Cant. Test. cap. 11. §. 2.* Hodie tamen ex recepta passim, & in Ca- 135 mera Imperii probata consuetudine, duos testes in simili Testamento sufficere, tradunt Gail. 2. obs. 118. num. 18. Mynd. *cons. obs. 96.* Brunn. *cit. l. n. 4. & 5.* Gletle *d. l. cap. 3. §. 7. n. 4.* Stryck *d. l. §. 3.*

6. n. 2. Stryck de *Cant. Testam. cap. 13. §. 4. 138 & 5.* ubi cum Brunn, ad *tit. l. ult. num. 10.* notat multorum doctrinam, putantium, numerum testium toties remissum censeri, ac duos vel 5. sufficere, quando plures haberi non possunt; subnectit tamen, periculum esse, sic testari: cum deficiat Lex, qua testium remissio permittitur. Sed cuiusmodi incumbat probatio, haereditati 139 scripto vel ab intestato, quod testator non potuerit invenire plures quam 5. testes, nec alios quam illiteratos, Diversae sunt sententiae. Brunnem. *d. l. num. 3.* Stryck *d. l. §. 9.* & citati ab his probationem haereditatis ab intestato imponunt: cum pro instituto testatorem duplex praesumptio, nempe Testamenti valor, qui praesumitur in dubio; & quod ordinarius est, ut in pagis a potiori homines illiterati reperiantur *d. l. ult. Cod. de Testam.*

CAPUT IV. De Fideicommissis & Codicillis.

Absolutò Testamento tum in genere, tum in specie, subintrat per modum affinis materiz Fideicommissum & Codicillus; cujus utriusque naturam succinctè considerandam dabo.

SECTIO I.

De Fideicommissis.

SUMMARIA.

1. Describitur Fideicommissum.
2. Est ultima voluntas.
3. Quae alicui.
4. & seq. Verbis precariis & obliquis.
5. Haereditas vel pars relinquitur.
6. Aliud est tacitum, aliud expressum.
7. & seq. Aliud absolutum, aliud conditionatum.
8. Aliud commune, aliud familiare.
9. & seq. Enumerantur solennitates Fideicommissi.
10. & seq. Quando haeres est praesens, non est opus solennitate.
11. & seq. Subnectuntur remedia, quibus fideicommissum peritur.
12. & seq. Adijciuntur epulamenta, quibus haeres fiduciarius gaudet.
13. Tangitur quarta trebellianica.
14. Pro-

ponitur controversia, num filius familias gravatus duplicem quartam debeat? 24. & seq. asseruntur fundamenta negantium, id Juris Civili obtinere. 28. & seq. Proferuntur rationes affirmantium. 35. & seq. Respondetur ad fundamenta priora. 44. Corollarium. 45. In fideicommissis familia non succedunt femininae. 46. & seq. Nisi masculi omnes deficiant. 48. & seq. Docetur ordo succedendi. 51. In dubio praefertur ordo succedendi ab intestato. 52. & seq. Proximitas gravatis mensuratur ab ultimo possessore. 54. & seq. Roboratur assertio. 60. & seq. Diluuntur praecipua objectio.

§. I.

Quid & quotuplex sit Fideicommissum?

1. Fideicommissum est ultima voluntas, qua alicui verbis precariis seu obliquis tota haereditas vel pars relinquitur.
2. Dixi I. ultima voluntas. Eti enim aliquando Fideicommissum mediante pacto vel conventionione constituitur; id tamen non ordinarium & regulare, sed extraordinarium & irregulare est: cum plerumque Fideicommissa in tempore mortis dirigantur, & sic speciem ultimae voluntatis constituunt. Harprecht de *Success. Academ. p. 2. tit. 8. §. 3.* Stryck de *Cant. Testam. cap. 21. membr. 1. §. 3.*
3. Dixi II. qua alicui; qua nota designatur haeres fideicommissarius, cui haereditas per Fideicommissum obvenit; in quo requiruntur eadem qualitates hodie, quae in haerede testamentario per *l. si postulant 67. §. ult. ff. ad Scutum Trebell.* Lauterbach ad *enod. tit. §. 13.*
4. Dixi III. verbis precariis & obliquis. Quibus terminis exprimitur differentia inter Testamentum & Fideicommissum: in illo namque verbis directis haereditas relinquitur; in hoc verbis precativis & obliquis rogatur haeres, sive testamentarius sive ab intestato (dictus propterea fiduciarius) ut haereditatem alteri cuidam restituat *l. ex factis 17. in pr. & §. 1. & passim ff. d. r.* Licet

ad verba precativa tam accuratè non attendatur, sed etiam verba enuntiativa, si aliae praesumptiones accedant, sufficere possunt per *l. fideicommissa 11. §. 9. l. Pampilo 39. in pr. ff. de Legat. 3.* Stryck *cit. l. §. 29.* Dixi IV. haereditas vel pars relinquitur. Ut distinguatur Fideicommissum universale à particulari, cuius superficialiter mentio est facta in *cap. 1. n. 266.* Dividitur I. Fideicommissum in expressum & tacitum. Expressum est, quando voluntas fideicommittentis expressè oratione & verbis inflexis manifestatur. Tacitum est, quando voluntas fideicommittentis ex proportionatis indiciiis juxta *num. 5.* praesumitur; ut si v.g. testator prohibeat, ne bona immobilia alienentur extra familiam *l. pars Lucii 69. §. 3. ff. de Legat. 2.* Plura exempla subjiciunt Stryck *d. l. §. 30.* & Clariss. D. Franz ad *tit. Inst. de Fideicommiss. haered. p. 1. n. 12.* Dividitur II. in absolutum & conditionatum. Absolutum est, quando haeres fiduciarius absolutè gravatur, ut haereditatem restituat. Conditionatum est, quando sub conditione gravatur, qualis non infrequenter est illa, si haeres fiduciarius sine liberis decesserit; quae, si haeres ingressus fuerit Monasterium, aequè censetur adimpleta; ac si liberis reliquisset juxta dilucidos textus in *cap. in prae-*